

Copia Literarum Sigismundi Primi Regis Bo-
lonia ad Antonium Cardinalem Historiense
Protectorem Regni.

13

Reverendissime & Magnã animi mo-
lestiã nos affidunt quidam audaces teme-
rarique et petulantes subditi nostri, qui ist-
hic in Curia Romana agentes pro libidine
sua excogitatis litibus quietas et dignas
personas, de omnibus sacerdotiis, quæ obti-
nent, vexant, et ab eorum officiis cultui
Divino attributis, sine discrimine avocant.
Ecce enim quidam Simon de Dickany iam
à 24. annis prepositura Ecclesie Parochialis
in Bielaki possessor pacificus, annõ proxi-
mè præterito à quodam Golczewski Cano-
nico Dlocensi, consilio istorum, qui in urbe
à multis annis sacerdotiis hic curatis reli-
ctis, sedem sibi pro occupandis et inducen-
dis litibus statuerunt, est de eadem præ-
positura in ius vocatus, nullã aliã id wa-
dente necessitate, quã et hominẽ simplicem
litiumq; expertum, laqueis iuris irretitum
spoliari in quapiam re et emolumento possint.
Hoc autem cum et iniquum et à dignitate ordinis
Ecclesiastici alienum nobis videat, curam nostram
intendere duxim, ut repulsis lupis et turbatoribq;
pauis communis, facultatem vivendi in quiete Deo devo-
tis personis faciamq; verũ ne in Ecclesiastico ordine aliquid
præter morem nostrũ consulti Summi Pontifici velle agere
videamus

videamur, Paternitatem Vram rogamus, ut hanc animi nostri acer-
bitatem, quam nos clerici subditi nostri irreverenter afficiunt,
ad aures Summi Domini Nri referat, et nomine nro impetret, ut
infra certum tempus imprimis vacans, qui et Privilegium
plenarius Nri nri ab ista sede Sancta liberaliter mallet infringi-
gere, et attenuare contendit, et in multis locis ordinarius et
eorum servitoribus atque amicis Deinde aliis
quos molestantes bonorum quietis sollicitator noster Venerabilis
Stanislaus Arciepiscopus designabat urbe excedere, et in patria ad u-
ram Sacerdotiorum, quos tanto tempore in religione vacillans, ab-
sentia parochorum suorum amplius scandalizet et negligat, et nos
tam crebris querimoniis de iniuriis ab istis rabulis provoca-
tis molestemur. Alioquin si Sanctitas sua id facere neglexe-
rit, regni nri constitutionum penas in illos extendere, et non so-
lum Sacerdotia, sed bona etiam eorum omnia hereditate pro illorum
perpetratis sceleribus sequestrare et confiscare, personas vero
exilio perpetuo damnare cogere. Quae tamen pro nostro
in Religionem perpetuo zelo malle non attingere, si San-
ctitas Sua auctoritate propria id quod ad bonum in regno nostro
statum et ordinem conservandum, sicut supra scripsimus perti-
net, efficere dignaretur. — Ceterum rogamus plurimum Vram
Reverentiam operam suam facere velit, ut hoc quod de nonnullis sa-
cerdotibus et ius patronatus perpetuum capitaneis quibusdam
R. D. Episcopus Cracoviensis concedit prioribus literis, petivimus a San-
ctissimo Domino et ista S. Sede sine ulteri dilatione et impedi-
mento impetremus et obtineamus. Res enim iusta et hone-
sta est, quam petimus, commendamus nos auro D. V. Re-
verentiam quam felicissime valeat Dat Cracoviae mense Jan
a^o 1539. Nri Nri a^o 26.